Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

natiuitatem tuam lucem perfundim̃,
hodie in nostro resplendeat ore,
quod per fidem fulget in mente.
Cotinuet de sancta anastasia.
Oremus. Deus qui omnes homines ut qui
hodie anastasie mysterium
tuae solemnia colimus, eius
apud te proficiamus sentiamus.
Hec dicit. Leco ysaie prophete.
Dominus. Spiritus domini super
me eo quod unxit me; ad
annunciandum mansuetis
misit me ut medear con
tritos corde, et predicarem
captiuis indulgentiam
et clausis apertionem, et
predicare annum placabilem
domino et diem ultionis deo
nostro, ut consolarer omnes
lugentes et ponam fortitudinem lugentibus sion,
et daram eis coronam pro
cinere, oleum gaudii pro
luctu, pallium laudis pro
spiritu maroris. Et uocabuntur
in ea fortes iusticie: plantatio domini ad glificandum.
Ecce dominus auditum faciet
in extremis terre. Dicite filie
sion: ecce saluator tuus
uenit: ecce merces eius
cum eo, et opus illius
coram illo. Et uocabunt
eos populus sanctus redemptus
a domino. Ad tertium.
Kyrie. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri
dei non ex operibus iusticie
que fecimus nos, sed secundum
suam misericordiam saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis et renouationis
spiritus sancti quem effudit
in nos abundanter per ihesum
xpm saluatorem nrm, ut
iustificati gratia ipsius heredes simus secundum
spem uite eterne: in xto ihesu
domino nostro. Gr. Benedictus
qui uenit in nomine domini
deus dominus et illuxit nobis. V. A
domino factum est istud et est mirabile in oculis nris. Alla:
Dominus regnauit decorem induit
induit dominus fortitudinem et
precinxit se unde. Secundum lucam.
In illo t. Pastores lo